Sit veſtrum REGIMEN *felix*, *Vos* Gratia cœli
Impleat, ut creſcant publica, priva, novum!
Sitis felices Omnes! ſit Curia curâ
Absq́ omni! Pax Vos ampliet, alma Salus!
Quam Salomon *optat, quæ ſtat* Sapientia *juxta,*
Sunt ubi divini templa beata throni:
Hæc veſtris factis, cunctisq́; Laboribus adſit,
Hæc Vos, hæc veſtrum CONSILIUM omne beet!
Hæc Vobis præſtò ſit ſemper, diſpice Jovâ,
Unde Salus omnis defluit, omne Bonum.
Sicq́ Magiſtratus ſancti moderamine tuti
Vivemus, veluti Lex Pietasq́ jubent!

Dab. ê Muſeo meo, anno ætat. meæ 64. ipſo die Irenæi (εἰρηναῖος *i. e. pacificus*) *6. Aprilis, anno 1663. qvo die anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo, vocationem ad Con-Rectoratum Gymnaſii Hallenſis accipiebam, annis abhinc triginta qvatuor.*